

**1189** [D. S]imoni Proculi Iuliani<sup>1</sup> c. [v.], . . . . [leg. Aug.]  
 [Sy]riae Coeles, Daciarum III<sup>2</sup>, p . . . . .  
 [iur]idico per Transpadum, pr . . . . .  
 . . . . ti hii qui centum iugera agri non . . . . .

*Romae in ecclesia S. Martini de Montibus (VI 1520 semel descripta saec. XVI).*  
 — 1) *Idem homo fuit etiam praefectus urbi, teste inscriptione modii Medicei (Orell. 4547), ante a. 254, cum desit nomen eius in laterculo praefectorum a. 254—354 (fortasse ut putavit Borghesius opp. 3, 483. 5, 404, sub Gordiano).* — 2) *Cf. III 1575: Herculi sanc|to Simonius | Iulianus v. c. | praeses Da|ciarum.*

**1190** L. Valerio L. f. Cl. Poplico[*iae*] | Balbino Maximo cos. o[*rd.*]<sup>1</sup>, | pr. k. tut., q. k., leg. prov. As[*iae*], | cur. reipubl. Laur. Lavin[*atium*], | item cognoscenti ad sac[*ras*] | appellationes, XVvir. sac. [fac.], | sevir equitum Rom[*anor.*], | amico incompara[*bili*], | L. Iun. Septim. Hermogenes | pontif. L. L.<sup>2</sup>, trib. coh . . . . ., | ob eximium eius erga se in omn[*ibus*] | honorem.

**1191** . . . . . | Balbino Maximo cos. ord.<sup>1</sup>, | pr. k. tut., q. k., leg. prov. Asiae, | cur. r. p. Laur. Lavinat., item | cognoscenti ad sacras app., | cur. aquar. et Miniciae, praef. | alimentor. viae Flaminiae, | XVvir. sacr. fac., IIIviro ka[*p.*], | sevir equit. Romanor., | Iun. Septim. Verus Hermogenes | sexagenaria procuratione | suffragio eius ornatus.

*Romae rep. (VI 1551. 1552; hanc Florentiae vidit Henzen).* — 1) *Fortasse Maximus is quem fasti recensent sub a. 256, ei enim L. Valerii nomina fuisse titulus Pisarenensis Notizie 1880 p. 261 ostendit; sed pari iure potest cogitari etiam de uno ex Maximis qui saec. III fasces gesserunt et de quorum reliquis nominibus nihil certi compertum est, scilicet de altero consule unius ex annis 252. 253. 254. 255 (de huius Maximi gentilicio cf. XI 4999).* — 2) *Pontifex Laurentium Lavinatium.*

**1192** M. Aelio Aurelio | Theoni v. c., | iurid. de infinito per Flam. | et Umbriam Picenum, sodali | Hadriani, praetori, tribun. plebis, | adlecto inter quaestorios, trib. | militum laticlavio leg. XI Claud., | item tribuno militum laticl. | leg. XII Fulm[*i*]natae, decem|vir. scilicet<sup>1</sup> iudicandis, | ob singularem abstinentiam | industriamq. exhibitae iudicat.<sup>2</sup> | ordo Ariminensium | patrono.

*Arimini (XI 376 semel descripta saec. XV).* — 1) *De scriptura scilicet cf. Mo. Herm. vol. 4 p. 565 not. 2.* — 2) *Iudicationis.*

**1193** Ael. Aurel. Theoni leg. | Augg. pr. pr., cos. desig., | optiones 7 7<sup>1</sup> leg. III Kur.<sup>2</sup> | Valerianae Gallianae<sup>3</sup> raris|mo et per omn[*i*]a iustissimo \*cosiic.<sup>4</sup>

*Bostrae (III 89 descripserunt Waddington alique).* — 1) *Optiones centurionum.* — 2) *Intellege: Cyrenaicae.* — 3) *Scr. Gallianae.* — 4) *cos. fec. scribendum fuisse coniecit Mo.*

*Eiusdem Aelii Aurelii Theonis est alter titulus Bostrensis III 90.*

**1194** I. o. m. | ceterisq. diis deabusq. immortalib. | C. Macrinus Decianus v. c., legat. | Augg. pr. pr. prov. Numidiae et No|rici<sup>1</sup>, Bavaribus<sup>2</sup>, qui adunatis III | regibus in prov. Numidiam in|ruperant, primum in